



- CONSPICUUS CONTENTORUM.
1. Petersen. Joh. Vilh. Leonum Christi defensionem, contra Neumammum. Erfurti ad Moen. An. 1650.
  2. Sinceri Evangelii Synopsin seu summam succinctam. Egm. In Materie von dem wahren Hätigen Glauben betr. Halle. An. 1699.
  3. Spreerdmann Sam. Augustus begriff von der gemachten Schelwig. Sincirum. An. 1698.
  4. Augustus, einwürgt auf einen Vorfall angestellter Unteroffizier Ludwig mit Verpflegung seiner Vater und Mutter zu S. Augustin.
  5. Philippi Jacobi Spreneri, Epistola de Obitu Joh. Bened. Carpzovii. An. 1699.
  6. Projecte, die die Anführung der Stammbäume derer Fürstlichen Jugend voranstalt. Halle. An. 1698.
  7. Tobias Christoph. Die Lehre von der Furchung und der Verbesserung der Felder.
  8. Kübeli M. Andr. Novissima Antipredicatio. An. 1700.
  9. Guld. Dele mit Gold, über den, was Antipredicatio ist. An. 1699. Zu Halle gedruckt. ex. Insensu Suae Epist. ad Neumammum, Feustingium, Mayerum, Schelwigium, Pucher, et ad Rodium etc. Fran. Mf. An. 1700.
  10. L. S. P. H. Beynöthigte Antwort auf die curiosa Frage, ob die Länge derer Antipredicatio nicht schon, ob sie nicht nur 6000 Jahr wehren wurd. Franct. ad Moenum.
  11. Henr. Müllli, de Sponsionum Academicarum de Agodici, seu Semon Sraone ac Probatione Scriptoraria. Jiloni 1699. auct. Guld. pareresis de Soud. propheticis.
  12. Antonii Pauli de Valitate Fundamentorum, quibus Pontificii vales se habere dicuntur professionem Filii Tridentinae. Halle. An. 1698.
  13. Guld. de Pace solentibus conscientis conscientis. Halle. Magd. An. 1698.
  14. Guld. Harmonia Fidei, qua justificatur, cum fide, quatenus justificare dicitur. Halle. Magd. An. 1696.
  15. Guld. De auctoritate Ecclesie, qua mater est, Lippie. An. 1690.
  16. Preislaubi Joach. Insti lacrymae & obitu p. mauro Joh. Jirebsii. Halle. An. 1699.
  17. Varonii August. Vera messie & Sibio & Deo & Maria, Rosochii. An. 1693.



18. Thomasi Brisiani Theses Inaugurales de Jure Principis  
circa Haereticos. Halle. An. 1697.
19. Programma Thomasi Brisiani.
20. Frohni Adolphi Delmeas Filii viva. Altona.
21. Der Römischen Kayser. Majest. Ein- = Befehle und  
Letzte Cedula. An. 1702. wid. die Schwedische Kaiserl. Coe.
22. Loescher-Walew. Crues. Schwedische Befehle in Teutschland  
Verantw. Vindob. An. 1708.
23. Anonymi Leüfständige und traufordrige Wapfollung der  
Machheit und Lügen. An. 1695.
24. Mayeri Joh. Fried. Diss. Theol. de assensu Scripturae  
in ordine ad naturam eorum. Vindob. An. 1685.
25. Der unigen Lutherischen Mächte auf die Leüfständige  
Herrn, Lüste und gütliche Anführung und Fort-  
mung. Anonymi.
26. Meyenbergi Sijism. Stimuli Conscientiae.
27. Richardi Paroch. Crist. Lond. = Scribitur, an St.  
Xstian. Reineccium. Odessa. An. 1709.
28. Calovi Abrah. Dissert. de Ministerio Eccl. & Regia  
moral. Witeberg. An. 1682.
29. Deüpfmanni Joh. Dissert. Regia de Terrisribus  
An. 1692. Vindob. 1681.
30. Hammekeni Phil. Ludov. Sylloge Regia, de Regia epist.  
ppis. Witeb. An. 1703.
31. Deüpfmanni Joh. ex uoluntate Pseudo-Isidoro  
& l. Joh. l. Witeb. 1691.
32. Reißneri Thom. Breufla und ganz unbedeutliche  
Waag = schalle, & Maßheit n. Falffheit. Leipzig. 1670.
33. Ferderi Jacob. Medicina mentis, soad. Langü opuscula.  
Witeb. An. 1709.

Differt. theol. Vol. 14

Einzelv. verzeichnet 15. II. 1915



Vir Dei vener  
Theolo

**I**nfigne ite  
ctæ nec no  
die 23. Mar  
comproba  
tam accurato prædict  
Domini: *Nolite tangere*  
Paral. 17, 22. Ps. 105, 15. g  
emplum Eliæ, cujus  
*narios primos, & quinqu*  
cipes Theologorum I  
mecum agere finistre  
exitium Antichristis d  
*vivos & mortuos in appa*  
illorum, & dictione a  
*Jupiter* eclipses citò ex  
noluerunt Apostoli, A

Portentosis adm  
tempus & inprimis qu  
prosterni serviliter; &  
annum currentem an  
puto, quod trium dieru  
lentium fata perbreui  
ta facilem præbent æn  
superiori 1698. emortu  
censis, cum antehac Li  
bus publicis. O quam v  
scrupulos meos sibi p  
gicum Sed in Academ

comparavit cum Mer-  
ramate. *Mercurii* ve-  
fuit nonus Junii Anno  
prælectiones Apoca-  
nris, quo de celo ta-  
it; nec non vigesimus  
se dixit in custodiam;  
nctata fuit *Mercurii*-  
us contigerunt, ita non  
omine ejus, de quo  
ricles nonnunquam  
genia non minoribus  
um virtutibus temper  
ctum fecisse in oculis  
cunctis diebus vitæ  
*CARPZOVII* adm-  
pietimo obrutus ni-  
um per interiorum  
m. ad Apoc. p. 29. die  
oitefunctus, mox in-  
to. v. 13. resistentem  
sensi

EPISTOLA  
IN PUBLICA LUCE SCRIPTA

ad  
*Virum Dei*

Dn. D. Philippum Jacobum  
Spenerum

de  
obitu

*Theologi Lipsiensis*

Dn. D. Johannis Bene-  
dicti Carpzovii,

quem deflet

M. ANDREAS STUBELIUS,

Dresdenfis, SS. Theol. Baccal.

Tob. 12, 7.

*Opera Dei revelare & confiteri honorificum est.*

ANNO CHRISTI

1699.

Auspice Sofandro!

Vir Dei venerabilis,

Theologe in Jesu Christo omni amore & ob-

servantiâ prosequende;

**N**sfigne iterum providentiæ cælestis ante biennium mihi seorsim patefactæ nec non judicii divini severioris argumentum nunc etiam ante *Judica* die 23. Martii per mortem DN. D. JOH. BENEDICTI CARPZOVII nostri comprobatum est, usque adeo mirabiliter, ut attonitus prorsus hæserim in tam accurato prædictionis atque impletionis momento & articulo. Habemus verba Domini: *Nolite tangere Christos (unctos) meos, & prophetis meis nolite aliquid mali inferre.* 1. Paral. 17, 22. Ps. 105, 15. *Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei.* Zach. 2, 8. Habemus exemplum Eliæ, cujus gratia descendit ignis de cælo, & devoravit duos principes quinquagenarios primos, & quinquaginta, qui cum eis erant. 2. Reg. 1, 14. Sed non sunt veriti duo principes Theologorum Lipsiensium & unus Lubecam translatus & tecum nimis diu & mecum agere sinistrè, ne me tandem minimum servorum Dei ferre cogentur, exitium Antichristis denunciante jam, cum immineat IESUS Christus judicaturus vivos & mortuos in apparitione sua & in regno suo. 2. Tim. 4, 1. Itaque abbreviati sunt dies illorum, & dictione argutâ ac veluti per ænigma licet dicere, quod *Mars, Mercurius & Jupiter* eclipses citò experti sint, cum maxime tales viderentur in terris, quales haberi noluerunt Apostoli, Act. 14. 12. seqq.

Portentosis admodum verborum lenociniis finxit nuper Hamburgi Mayerus, tempus & imprimis quinque menses ob notas quasdam felicitatis ad pedes JOSEPHI prosterni serviliter; & sanè nescio quo vel calculi errore vel omine singulari huncce annum currentem annum seculi ultimum pronuntiavit. Ast ego id mirificum esse, puto, quod trium dierum planetas ex hebdomade trium in Ecclesia Doctorum excellentium fata per brevi intervallo nobilitaverint. Momenta enim temporum observata facilem præbent ænigmatis mei solutionem. *Dies Martis*, undecimus Januarii, anno superiori 1698. emortalis fuit *Dn. D. AUGUSTI PFEIFFERI*, Superintendentis Lubecensis, cum antehac Lipsiense Auditorium *die Martis* animasset voce sua in concionibus publicis. O quam vellem nolisset in figmento postremo Scepticismi tripartiti ad scrupulos meos sibi propositos respondere ex *Martiali* per ludibrium minus theologicum Sed in Academia Aldorfina filius ei parentaturus, recurrente eodem vertentis anni die, patrem *Martialem* rectius cum *Marte* comparandum, comparavit cum *Mercurio* Chemicorum Proteo, uti indicat ordinis Philosophici Decanus M. Georg. Paulus Rœtenbeccius, in eo, quod vidi, ad orationem parentalem programmate, *Mercurii* verò dies notandus *Dn. D. VALENTINI ALBERTI* causa, quia talis fuit nonus Junii Anno 1697. quo prohibitione violentissima manibus meis excuti fecit prælectiones Apocalypticas; & secutus post octiduum decimus sextus ejusdem mensis, quo de cælo tactum in ejus vicinitate armamentarium mortem quasi prædixit; nec non vigesimus quintus Augusti, quo mihi opem suam imploranti abeundum esse dixit in custodiam; & denique decimus quintus Septembris, quo mors non diu cunctata sustulit *Mercurium* alterum apud nos *τησμεγισον*. Hæc omnia sicuti *Mercurii* diebus contigerunt, ita non minus quidam *dies Jovi* olim dicati merentur signari lapillo & nomine ejus, de quo hæc potissimum scribere institui, quique tanquam *Jupiter* aut Pericles nonnunquam, visus est magis fulminare quam perorare. Profectò magna ingenia non minoribus colluctantur vitiis; & in heroicis viris Plato quoque statuit cum virtutibus semper commixtam esse aliquam labem. In sacris historiis ipse David rectum fecisse in oculis Domini, nec declinasse dicitur ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto negotio cum Uria Hethæo. 1. Reg. 15. 5. Ita verum est, *CARPZOVIIUM* admirandis eluxisse donis administrantibus virtutibusque; Sed Antipietismo obrutus nimium quantum nocuit sibi metipsi. Ideo ego à Deo missus ad eum per interiorem impulsus & affatus, qualem etiam Gerhardus agnoscit in Comm. ad Apoc. p. 29. *die Jovis*, qui erat 4. Februarii, accessi, & munere extraordinario debite functus, mox insequentium trium septimanarum spatio non secus ac Daniel c. 10. v. 13. resistentem sensi

✿(2)✿

Auspice Sofandro!

abilis,

ge in Jesu Christo omni amore & ob-

servantiâ prosequende;

rum providentiæ cælestis ante biennium mihi seorsim patefa-  
n judicii divini severioris argumentum nunc etiam ante *Judica-*  
tium per mortem DN. D. JOH. BENEDICTI CARPZO VII nostri  
tum est, usque adeo mirabiliter, ut attonitus prorsus hæserim in  
ionis atque impletionis momento & articulo. Habemus verba  
*Christos (unctos) meos, & prophetis meis nolite aliquid mali inferre. 1.*  
*Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei. Zach. 2, 8.* Habemus ex-  
gratia descendit ignis de celo, & devoravit duos principes quinquage-  
aginta, qui cum eis erant. 2. Reg. 1, 14. Sed non sunt veriti duo prin-  
cipientium & unus Lubecam translatus & tecum nimis diu &  
, ne me tandem minimum servorum Dei ferre cogerentur,  
enunciantem jam, cum immineat IESUS Christus *judicaturus*  
*ritione sua & in regno suo. 2. Tim. 4, 1.* Itaque abbreviati sunt dies  
ngutâ ac veluti per ænigma licet dicere, quod *Mars, Mercurius &*  
*perti sint, cum maxime tales viderentur in terris, quales haberi*  
*Act. 14, 12. seqq.*

odum verborum lenociniis finxit nuper Hamburgi Mayerus,  
inque menses ob notas quasdam felicitatis ad pedes JOSEPHI  
sanè nescio quo vel calculi errore vel omine singulari hunc ce-  
lum seculi ultimum pronuntiavit. Ast ego id mirificum esse  
im planetas ex hebdomade trium in Ecclesia Doctorum excel-  
ntervallo nobilitaverint. Momenta enim temporum observa-  
igmatis mei solutionem. *Dies Martis, undecimus Januarii, anno*  
*alis fuit Dn. D. AUGUSTI PFEIFFERI, Superintendentis Lube-*  
*psienſe Auditorium die Martis animasset voce sua in concioni-*  
*ellem nolisset in figmento postremo Scepticismi tripartiti ad*  
*opositos respondere ex Martiali per ludibrium minus theolo-*  
*a Aldorfina filius ei parentaturus, recurrente eodem vertentis*



senforcum & instar MASc  
Hinc ipsius Michaelis ope i  
dam proferrem, traditus i  
interim. *CARPZOVIVS* Disp  
pso die 23. Martii. circa Dom  
it; Et in ea soli scripturæ  
scripturæ hodiernum dero  
ritus sancti subsidium que  
quam divinitatem tribuat

scribendam Lipsiæ Anno 1699.  
leas ipse quoque salutare Dei, &  
artam consicere iuxta ductum  
eam, aliud casum, aliam ter-  
cum Christus inveniet spinas &  
a animantia veras Christi oves  
ubi ovile Christi probe munitum  
optandum esset, ut tuo uteren-  
das mihi, quod vel brevissima re-  
aledicant injuris & peccatis, qua-  
on quidem temporalem, & multo  
antur in lacrymas, nisi lapsus ma-  
verre agere & oppugnare verita-  
ta & ortum habet & nomen. Bo-  
Frater Dreidensis, nisi ipse Ger-  
ovium morte prævenisse moliri-  
s, clamitant, nos quarete ipsorum  
inque consilia retardamus, vel  
o disceptavi, & quidem profan-  
tribuant, vel ab affectis affigna-  
sua omnes Christi & regni instam-  
bibus dabitur corona, quam acci-  
attingeret. Contra pietas certis-

Interim funeb  
sunt, neque publicè  
quam etiam ad conc  
ne suo Dn. *D. OLEAR*  
men revereatur ma  
intra anni unius spat  
& *Lehmannus*, & *Car*  
Pietismi opprimend  
bus in uno mense ext  
ut ficus abjicit grossos  
netarum omnium q  
restat dies *Veneris* del  
pulo Dei. Hebr. 4, 9  
lux septem dierum E  
tium, tantusque tor  
exstet revelatus, aut  
tur inter carnales ho  
quæque ab hypocrit  
crederem, me non in  
um missas publicare  
starum, eum multis  
rem sententiam & ad  
post festum Michaeli  
confessionarium pos  
conscientia non puta  
ret quidem in sacello  
ejus rei causam vel ha  
eo petiit; sed tum nu  
que habuit, ipsamque  
primanis nescio quo f  
tis autem periculum  
& coram iudicem pro eo prece  
præfente facta, susciperet mea  
transmiseram, agrotus ille, qu

senforcum & instar MASculi Apoc. c. 12. v. 5. raptus sum ad Deum & ad thronum ejus. Hinc ipsius Michaelis ope in statum pristinum restitutus, cum forte stupenda quædam proferrem, traditus sum custodibus, qui me servarent aliquandiu. Suscepit interim *CARPZOVIVS* Disputationem de θεοπνευσία Scripturæ sacræ habendam ipso die 23. Martii, circa Dominicam *Judica*, quam ipse p. 52. inter scribendum incidisse ait; Et in ea soli scripturæ sacræ divinam inspirationem asserit; interpretibus vero scripturæ hodiernum derogat illam. Imo expresse p. 49. negat, extra Scripturam Spiritus sancti subsidium quemquam sibi polliceri, etiamsi p. 50, libris Symbolicis aliquam divinitatem tribuat. Itaque Deo inspirante factum est, ut die 22. Martii me subducerem custodibus, & iterum extraordinarius durusque admodum nuntius venirem in ejus domum, eiqve non obscuris indiciis prælagirem finem perversitatis, nisi mature revocaretur ad aliam mentem, & die sequente 23. mensis disputaturus me opponentem divinæ veritatis causa admitteret. Quare timens ille, ne præter voluntatem suam introire in disputationis locum, fecit ab illo tempore me custodiri arctius; & nisi Deus avertisset cogitata, ferreis repagulis & claustris, quæ eodem die in domo mea exstrui cœpta sunt, fuisset impeditus miserrimè. Id quod videns ego Dn. *L. SELIGMANNUM* ad me properanter venire rogavi, eiqve venienti aperui, in quam mercedem verè propheticam me cupiat detrufum Collega & Pastor Thomanus qui eam ipsam ob causam juxta consilium & decretum vigilum superiorum Lipsiæ *Superintendens* futurus non sit. Audiverunt id quoque nonnulli alii in hac urbe à me, asseverante. Sed ego, cum post discessum *LEHMANNI* senio longo confecti, illico ægrotaret multorum votis destinatus Successor, audientibus etiam aliis precatus sum, ut Deus duriora quædam per os meum prolata averruncaret, & clementer irrita ea esse sineret. Sed avertit faciem suam Deus, & ô nos infelices rejectis precibus! Mitto jam diem *Jovis*, quo festum Johannis onomasticum eodem anno 1697. celebrabatur, & non tantum propter ronitrua ex catapultis gratulationis regię causa displosis contremiscebat Lipsia; sed & Deus fulminator per continuos tunc novem dies cœli templa sonitu concutiebat. Venio ad illum diem *Jovis*, qui fuit 16. Martii hujus anni 1699. quo ultimam concionem habuit *CARPZOVIVS*, eamque exsequialem uxori *Richteri* Typographi, cujus literis prodiit *Rothii* scriptum pro falsis prophetis adversus *Frankium*, occultato nomine, & haut dubie auspicio sui Pastoris. Sed in ipsa illa concione funebri malè se habere cœpit & vocatus ad ultima *Lehmanni* paucissimis ei valedixit, qui eadem nocte occubuit, & die *Jovis*, nempe 23. Martii amplo funere elatus est. Eheu! idem ille dies est decretorius, quo & ego duos ante annos damnatus fueram vinculis, & quo ante novem annos per diploma publicè affixum Pietatis Collegia cessare hic oportuit; Et hic fatalis denique fuit ante Dominicam *Judica* ægroto *Carpzovio*, nobilitatus in super prodigiis quibusdam igneis in nudo sudoque cœlo; id quod non tantum vigiles & quidam Studiosi vesperi circa horam nonam, quâ mortuus est, & circa sequentis diei horam tertiam matutinam observarunt; Sed me quoque ingens ignis jaculum per medium cœli transvolans circa nocturnam horam undecimam admodum exterruit, & in mentem revocavit ea omnia, quæ ante biennium de *Carpzovio* funestissima oculis meis occurrerunt. Profecto totus horresco, quoties mente eadem repeto, & Deum lacrymis & suspiriis non desino propitiare, ut viri illius, qui se vivum nunquam tecum in amicitia fore affirmavit, propter infinitam misericordiam & propter Filii sui sanguinem totius mundi expiatorium misereatur. Neque ego ullam desidero vindictam, si vel centies majorem læsionem potuisset facere. Eodem animo Pietatem tuam credo fore, teque ut eodem modo mortem inimici ferar obsecro, quasi votis & precibus tuis posses redimere. Et quidni redimas? Si obsecratio fidei, ut *Jacobus* testatur disertis verbis c. 5, 15. *salvum reddit laborantem efficit que ut erigatur à Domino, ut que ei remittantur peccata*; quidni salvum etiam reddas periclitantem post dissolutionem animæ & corporis, si jam quoque ungas eum oleo spiritus tui, & ores super eum in nomine Domini? Hunc nexum non puto esse injustum aut ficulneum, nisi me aliter edoceas. Ipse sanè *CARPZOVIVS* in disput. de θεοπνευσία p. 16. dogma de precibus pro mortuis in Pontificiis reprehensum, monstrosum vocat. Sed nos decet imitari Christum qui intercessit & intercedit pro transgressoribus, Es. 53, 12. Luc. 23, 34. 1. Joh. 2, 1. f.

Inter-

Interim funebria quoque Theologi nostri die iterum Jovis 30. Martii celebrata sunt, neque publicè quicquam vel laudis vel querimoniae ommissum est; imò nil quicquam etiam ad concitandam Pietistis invidiam. Sed & opportunè monuit in carmine suo Dn. D. OLEARIUS, ut sustineat Lipsia nostra mortis inquirere causas, & Numen revereatur magis. Hic unus Doctorum relictus est in Facultate Theologica intra anni unius spatium cum dimidio, quo sublatus & Alberti, & Pfeifferus, & Mabius, & Lehmannus, & Carpzovius, & hos inter Trumviri adeo Antipietismi constituendi & Pietismi opprimendi, à morte oppressi, iterum impleverunt id, quod legitur de tribus in uno mense extinctis pastoribus Zach. XI, 8. Multæ jam stellæ de cælo decidunt, sicut ficus abjicit grossos suos, quum à vento magno movetur. Apoc. 6, 13. & Es. c. 34, 4. Planetarum omnium quis fleat interitus? Post tres primarios, Martem, Mercurium, Jovem, restat dies Veneris descriptæ Apoc. c. 17. ut deinde sequatur Sabbatismus promissus populo Dei. Hebr. 4, 9. & ut sit lux lune sicut lux solis, & lux solis sit septemplex sicut lux septem dierum Es. c. 30. 26. Sed de impletionibus istiusmodi altum apud nos silentium, tantusque torpor, & tanta ubique securitas, ac si reditus Christi nullus unquam exstet revelatus, aut certè differendus sit eo usque, donec ejus videndi demum oriatur inter carnales homines appetitus. Nos decet confirmare ea, quæ moritura sunt, quæque ab hypocritis trahuntur falsis vanisque persuasionibus in perniciem. Ideò crederem, me non iniquè facturum, si epistolas meas omnes hæcenus ad Carpzovium missas publicarem, utpote quibus anxius de salute ejus & reliquorum Antipietistarum, eum multis de rebus maximi momenti compellavi fidelissimè, & ad meliorem sententiam & ad pacem reducere indefesso studio conatus sum; donec tandem post festum Michaelis superiori anno deserui, & sollicitus, an absque scandalo alium confessionarium possim eligere, liberatus sum jam ab hac quoque cura. Nam salva conscientia non putavi ejus fidei committendam animam ulterius, qui me absolveret quidem in sacello, sed aliis in locis me meaque scripta condemnaret, etsi nullam ejus rei causam vel haberet vel allegaret. Nihilominus uxor mea absolutionem ab eo petiit; sed tum nullam meæ absentia adhibuit curam, & omnia mea susque deque habuit, ipsamque adeo mortem, nisi quod ad non nullos paucis ante obitum septimanis nescio quo stimulo dixit, se à me citatum ad tribunal supremi Judicis. Mortis autem periculum postquam audivi imminere, libenter visitassem decumbentem & coram fudissem pro eo preces. Certe ideo Dn. L. Seligmannum hortatus sum literis meis, ut memor predictionis se præsentem factæ, susciperet mea admissionis curam & cogitationem. At vero eadem vespera; quæ literas hortatorias transieram, agrotus ille, quem absque impetrata venia adire formidaveram, animam exspiravit secundum sermonem Domini. Quid ergo juvit eum longissimos sibi hujus vite promittere annos, & alterius spem beneque sperantes impugnare tantopere; Melioris seculi desperatione factum est, ut ne hujus quidem seculi finem attingeret. Contra pietas certissimam promissionem retinet hujus & futurae vite, nobisque a Christo descendente in nubibus dabitur corona, quam accipimus omnes apparitionem ejus desiderantes & expectantes. Hæc contra excidunt culpa sua omnes Christi & regni instantis hostes, quæquæ sibi ipsis eandem, scilicet propter oppugnationem atrociorum priorum, vel tribuant, vel ab affectis assignatam vindicent, quasi re bene gesta. Si vacat, perlegas quæso, quæ de falsis Prophetis cū Rothio disceptavi, & quidem pro Frankio, imò pro omnibus, quæ Antipietistæ acerrimè persequuntur; Et ubi violenta eorum lupinaque consilia retardamus, vel ubi refutationes & Apologias scribimus, eisque errores, quos fovent, noxios demonstramus, clamitant, nos querere ipsorum ruinam & interitum. Sicuti etiam Rothius pro concione nugabatur, affinem suum Carpzovium morte prævenisse molitiones Pietistarum persecutorias. Et nescio quam charram scelestam in carmine intelligat Frater Dresdensis, nisi ipsius Germani virulenta quædam programmata notet, & disputationes, & libellum, qui à petulantia & ortum habet & nomen. Bone Deus ecquando tot casibus moniti respiscimus? Ecquando desinunt impii homines perversè agere & oppugnare veritatem? Et quæ pausa erit? Saxea sunt reliqua societatis Antipietistice membra, nisi jam solvantur in lacrymas, nisi lapsus majorum sit tremor minorum. Ego mortuis precor vitam, & viventibus mortem, eamque non quidem temporalem, & multo minus æternam; sed talem, quæ tandem sepeliant odium & alios affectus prævios, quæque valedicant injuriis & peccatis, quæque perveniant ad gloriam immortalitatis.

Ignosce longioribus meis literis, & si tantillum otii superest, ut aliquid reponas, credas mihi, quod vel brevissima responsa expleant desideria, si rationes firmas & momenta potiora contineant. Caterum optandum esset, ut tuo uterentur consilio, qui Lipsiæ & bonum Superintendentem & bonum Pastorem expetunt, ne ubi ovile Christi probe munitum sperant per Antipietistas, & magnæ auctoritatis Doctores, lupi introeant rapaces, & bruta animantia veras Christi oves infectentur; & sic sequatur denique perniciem ultimam, quam mervo. Quemcumque enim locum Christus inveniet spinas & tribulos, lupos & bestias alentem, illum excindet in suo reditu & plantabit sibi aliam vineam, aliud cælum, aliam terram. De qua summa rerum mutatione animus est primo quoque tempore non nihil in chartam conjicere juxta ductum Scripturæ sacræ. Valeas ex animi sententia, Tibique fiat secundum ea, quæ credidisti, ut videas ipse quoque salutare Dei, & fruatis vivus vidensque melioribus temporibus, quorum jucunda est & beata expectatio. Scribebam Lipsiæ Anno 1699. die 12. Aprilis, quo ante biennium vidi in sole oculum & feretrum.

Sol mihi signa dedit; Solem quis dicere falsum  
Audeat?

oria quoque Theologi nostri die iterum *Jovis 30. Martii* celebrata  
 quicquam vel laudis vel querimoniam ommissum est; imò nil quic-  
 citandam Pietistis invidiam. Sed & opportunè monuit in carmi-  
 nis, ut sustineat Lipsia nostra mortis inquirere causas, & Nu-  
 gis. Hic unicus Doctorum relictus est in Facultate Theologica  
 cum dimidio, quo sublatus & *Alberti, & Pfeifferus, & Mabius,*  
*Carpzovius,* & hos inter Triumviri adeo Antipietismi constituendi &  
 li, à morte oppressi, iterum impleverunt id, quod legitur de tri-  
 nictis pastoribus Zach. XI, 8. *Multæ jam stellæ de cælo decidunt, sic-*  
*tuos, quum à vento magno movetur.* Apoc. 6, 13. & Es. c. 34, 4. Pla-  
 vis fleat interitus? Post tres primarios, *Martem, Mercurium, Jovem,*  
 scriptæ Apoc. c. 17. ut deinde sequatur *Sabbatismus* promissus po-  
 . & ut fit *lux lunæ* sicut *lux solis*, & *lux solis* sit septemplex sicut  
 Es. c. 30. 26. Sed de impletionibus istiusmodi altum apud nos silen-  
 por, & tanta ubique securitas, ac si reditus Christi nullus unquam  
 certè differendus sit eo usque, donec ejus videndi demum oria-  
 mines appetitus. Nos decet confirmare ea, quæ moritura sunt,  
 is trahuntur falsis vanisque persuasionibus in perniciem. Ideò  
 niqve facturum, si epistolas meas omnes hætenus ad *Carpzovi-*  
 m, utpote quibus anxius de salute ejus & reliquorum Antipieti-  
 de rebus maximi momenti compellavi fidelissimè, & ad melio-  
 pacem reducere indefesso studio conatus sum; donec tandem  
 s superiori anno deserui, & sollicitus, an absque scandalo alium  
 sim eligere, liberatus sum jam ab hac quoque cura. Nam salva  
 vi ejus fidei committendam animam ulterius, qui me absolve-  
 , sed aliis in locis me meaque scripta condemnaret, etsi nullam  
 aberet vel allegaret. Nihilominus uxor mea absolutionem ab  
 illam meæ absentiam adhibuit curam, & omnia mea susque de-  
 e adeo mortem, nisi quod ad non nullos paucis ante obitum se-  
 timulo dixit, se à me citatum ad tribunal supremi Judicis. Mor-  
 postquam audivi imminere, libenter visitassem decumbentem  
 s. Certè ideo Dn. L. Seligmannum hortatus sum literis meis, ut memor prædictionis se  
 admissionis curam & cogitationem. At vero eadem vespera; quâ literas hortatorias  
 em absque impetrata venia adire formidaveram, animam exspiravit secundum sermonem  
 & alterius spem beneque sperantes impu-

Umg.-Gte

VI-12.

ULB Halle 3  
002 724 804




58

Vb 17

7







EPISTOLA  
IN PUBLICA LUCE SCRIPTA

ad  
*Virum Dei*

Dn. D. Philippum Jacobum  
Spenerum

de  
obitu  
*Theologi Lipsiensis*

Dn. D. Johannis Benedicti  
Carpzovii,

*quem deflet*  
M. ANDREAS STUBELIUS,  
Dresdensis, SS. Theol. Baccal.  
Tob. 12, 7.

*Opera Dei revelare & confiteri honorificum est.*  
ANNO CHRISTI  
1699.

